Kobylnicki et Czerkaski Roborant.

14

et quilibet illorum suo pro interesse recognovit Quicquid ipsi
sibi mutuo et invicem una pars alteri ac posteris utriusque
partis se ac suos successores in et super bonis suis generaliter omni-
bus suamque pecuniarijs quibusvis habitis et habendis inscri-
bunt et obligant praesentibus Intercisam certam inter se re-
cognoscentes ratione certarum rerum et conditionum in eadem
Intercisa contentarum de actu et data illius hic Premis-
sis die hodierna in actu contenta confectam et conscriptam ma-
nibus sui Recognitum proprijs ab utrinque subscriptam in omni-
bus et singulis eiusdem Intercisae conditionibus punctis clau-
sulis articulis vadio ac ligamentis firmiter tenere complere
exequi ac inviolabiliter observare omnibusque et singulis
eiusdem Intercisae contentis tam in toto quam in parte toties quo-
ties opus fuerit satisfacere Intercisam praefatam ad Inscri-
ptionem Roboratoriam et Inscriptionem praesentem Roboratorum
ad praedictam Intercisam vicissim in toto referendo
Idque sub vadio summae Noningentorum florenorum polonicorum
per partem parti cum successoribus utriusque partis ob non
completionem contentorum Intercisae praefatae omnium et sin-
gulorum tam in toto quam in parte toties quoties opus
fuerit ad solvendum succumbendo Pro quo quidem
vadio modo praemisso ad solvendum succubito, ac re aliqua
principali ex contentis Intercisae praefatae non completa com-
plenda citata ex nostris memorata Pars una praemissa non
tenens cum suis posteris ad instantiam partis alterius
praemissa tenentis aut eius successorum ad officium

Praesens Castrensis Capitaneatus Premysliensis ex tunc recessu suprascripto quo ad respondendum spectat nec ante semper in primo citationis termino tanquam peremptorio stare Juri parere respondere vadium praestatum luere Jus Reliqua Legamenta Fori concludatur ex praecedenti ad finem nihil mutando.

Zakliczyna Zaklice Approbat Inscriptionem.

Comparens personaliter coram Officio et actis praesentis Castrensis Capitaneatus Premysliensis Generosa Magdalena Wrzeclea Generosi Stanislai Zaklika Consors Legitima sana mente et corpore ejusque a Terris districtibus Juribus Jurisdictionibus suis quibusque proprijs et competentibus recedendo praesentis vero Castrensis Capitaneatus Premysliensis Jurisdictioni quo ad actum huncattinet se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando et subjiciendo palam libere publice ac per expressum recognovit Quia ipsa cum eiusdem Mariti sui Uti Tutoris Coniugalis personali assistentia et ultronea ad infrascriptam consensu eliberando Suprascriptum Generosum maritum suum ab onere Statutionis sui Decretis ad approbandam Inscriptionem Donatoriam per eundem Suprascriptum maritum suum in personam Generosi Stephani Zaklika in Judicijs Confoederationis Palatinatus Russiae Terrae Premysliensis et Districtus Praeworsensis Positionesque actorum Terrestrium Judiciaria Feria Tertia post Festum Sanctae Agnetis Virginis et Martyris proxima Anno Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo Nono proxime praeterito per Inscriptionem in se et bona sua consumpto, eandem Inscriptionem donatoriam